

Heinrich Rudolph Redecker

**Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. ... Ad Exequias quas Matronae ...  
Margarethae Sibethen/ Viri & Mercatoris huius civitatis ... Jacobi Carmon, per 35  
ann. Viduae, Liberi nepotesque moesti, hodie ... parant, Omnes ac singulos  
Academiae Cives officiose & amanter invitat : [Sub Sig. Rect. 8. Iunii Anno 1666.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1666]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77742407X>

Druck    Freier  Zugang



Redeker, H. R.,

in

**M. Sibeth,**

viduam J. Carmon.

Rostock, 1666.

16







HEINRICUS RU-  
DOLPHUS *Redeker*/  
I. U. D. P. P. Univers. Rostoch.

RECTOR, Sereniss. Ducis Mech-

tenb. Consil. & Consistorii Ducalis

Assessor,

*Ad Exequias*

quas

*Matrona genere & virtutibus verè nobilis*

MARGARETHÆ

*Sibethent /*

*VIRI & Mercatoris hujus civitatis  
olim florentissimi*

IACOBI CARMON,

*per 35 ann. Viduæ,*

*Liberi nepotesque mœsti,  
hodie parant,*

Omnes ac singulos Academiæ

*Cives officiose & amanter  
invitat.*

---

ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILLI, Acad. Typogr.



Salutem, !



Ux hanc in præsenti scrip-  
tionis materiam mihi imponit, Matrona fuit genere & ma-  
jorum meritis, quod silentio  
involvere turpe est, nobilis; vir-  
tutibus, ex quibus vera nobili-  
tas exsurgit, clara; & vitæ, quæ,  
si alias humano sensui fortean-  
dulcis, propter ætatem prove-  
ctiorem per se molesta & onero-  
sa, satur, MARGARETHA Sibethen: ex nobilissima  
Sibetorum familia; quæ per multos annos in Livonia, fa-  
ctis, memoria dignis, innotuit, creta, & Viri Florentissimi  
D.N. JACOBI CARMON, ex nobilissima, & in magno  
Britanniaæ Regno, virtutum laude notissima familia deCar-  
mon oriundi, ad annos 35 vidua honestissima. Hanc certè,  
si alias felicitas est diu vivere, felicem dicere possumus,  
quia Deus ipsi, ad extremam usque senectam, prolonga-  
vit vitalem auram; adeoque voti Davidis, qui Proph-  
etæ altissimi & Regis inculpati, quæ duo raro nimium in-  
uno subjecto hodie copulantur, officium sustinuit, com-  
pos facta est. Rogavit enim vir Dei Deum *Psal. 102. vers.*  
*25.* ne eum in dimidio dierum suorum avocet, nec dies ejus  
præci-

præcidat: quia Timor Domini apponit dies, & anni Im-  
piorum adbreviantur *Proverb. 10. vers. 27.* Implevit autem  
pie defuncta annos dierum suorum, pervenit ad scopum  
quem centesimus quisq; haud tangit, superavit enim an-  
nos octoginta octo, quem vitæ terminū, raro ad modū ho-  
mines excedunt *Psal. 90. vers. 10.* Felicem illam dicere possu-  
mus, quia siccā simul & beata morte ex hac vita, quam  
longiorem nec optare nec sperare voluit, discessit, & vi-  
tæ hujus miseras calamitatesve cum vitâ æterna placide  
commutavit. Quapropter convenienter ad ipsam refer-  
tur, quod *Seneca*, quem Christianum fuisse fabula potius,  
quam veritas historica assertat, *Epistola 30. de senectute*,  
morte, quibus, eodem dicente, senilis anima in primis  
labris est, verissime eloquitur: *Si cui contigit, ut illum*  
*senectus leniter emitteret, non repente avulsum vita, sed mi-*  
*nutatim subductum, nā ille gratias agere Diis omnibus debet,*  
*quod satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam*  
*perductus est.* Exemplum nobis pientissima *Matrona* præ-  
buit, quod etiam cottidie in oculos incurrit nostros, non  
eandem esse rationem, eundemque modum, hoc miseria-  
rum diversorum rellinquere, & ad æternam beatitudinem  
aspirare. *Quidam in ipsis claustris matris suffocantur,*  
quibus ut plurimum uterus maternus infelix esse solet se-  
pulcrum. *Quidam in ipsa infantia decidunt & quasi in*  
*herba supprimuntur.* *Quidam in ipso juventutis flore,*  
decumbunt. *Quidam virilis ætatis spem, quæ robusta-*  
dicitur, abrumpunt. *Quidam, quod rarenter admodum*  
accidit, ad ipsam senectam provehuntur, & ita suo quasi  
fato, vitam fastidiunt, & ad cœlestem Patriam conten-  
dunt. *Nā Mors senilis vesti cottidianæ similis est, quoniam*  
natura eum, quæ artificiose conglutinavit, usū iterum dis-  
solvit: Ulti autem omnis conglutinatio recens ægre; ita  
invenie-

inveterata facile dissolvitur. Quemadmodum itaque  
poma, si cruda adhuc & immatura, vi factoq; avelluntur,  
sic matura, suapſe ſponte decidunt: eadem ratione vitam  
adolescentibus vis aufert, ſenibus autem ipsa maturitas.  
Hujus ſenilis ætatis, quæ Psalmaſtæ enunciatum ex edit,  
particeps facta eſt, *pientiſſima Matrona* octuagesimum  
enim octavum ætatis, bene & honeſte aetx, annum ex-  
currit, quando animam, ex laſſo & ætate confeſto corpore  
ſolutam, creatori ſuo reddidit. Cæterum cum de Marcella,  
de Paulla, de Fabiola, & aliis clarissimis viduis præclara  
multa literis prodita legamus, per quæ laudes earum  
nullis unquā ſeculis conticescere, ſed æternæ fore viden-  
tur: Egregia hæc & prætantißima Matrona, quæ animi  
pietate, vitæ innocentia, & morum probitate, ſi non ſu-  
perior, nulli certe illarū inferior, ſed omnino paruit, dig-  
na etiam eſt, quæ epitaphio ſermone celebretur. Præ-  
cipue cum majorum meritis, virtutibusque coruſca, ea-  
dem ſemina, in liberos, nepotes, & pronepotes, raro aevi  
exempli, feliciffime transplantarit, quos inter, ut reli-  
quam ejus progeniem, quam paginarum harum anguſtia  
haud capit, ſilentio præteream, Vir *Consaltiſſimus & Excel-  
lentiſſimus*, DN. JACOBUS SEBASTIANUS LAUREN-  
BERGIUS J. U. D. & Prof. hujus Univerſ. Celeberrimus, nec  
non *Consistorii Provincialis Aſſessor gravifimus*, Collega noſter  
*conjunctiſſimus*, pie defunctæ ex primogenia nepos, ſingu-  
lari virtutis & eruditioñis fulgore prælucet. Quoniam  
autem Pientiſſimæ hujus Matronæ Majores, ortus, vita,  
fortunæ, & beata mors, illis, in quorum amplexu hæc,  
quæ ſuaviffima mater, avia & proavia fuit, vixit, ter mage  
ac nobis nota ſunt, Illa, quæ *Ampliſſimus & Excell.* no-  
ſter Collega, ad hunc finem explendum, nobis ſupe-  
ditavit, & quæ fidem plenam merentur, huc aſſcribere,  
volui,

volui, cum ad defunctæ majorem laudem & nominis cœlebritatem apprime facere videantur. Nimium gloriari de Natalium, majorumq; claritudine aut splendore, ambitionem, sivere vero, aut suppressione memoriam de regnis, Principatibus, rebusq; publicis optime, egregieq; meritorum, invidiosum satis esse videtur, & piis, qui vivi honorabantur, manibus, injurium. Ergo non texemus Catalogi prolixii telam, aut searem, sed sufficient quidam quasi indices. Pie defuncta MARGARETA CARMONIA, nata est Anno 1578. ex Patre HENRICO Sibeth Nobili Livono, in Polonia Regis aula, egregiis quondam functo munis. Matre CATHARINA Froster. Avus paternus ejus fuit JOHANNES Sibeth, ita dem nobilis Livonus. Avia veropaterna CATHARINA ELISABETH à Sibalden Londinensis Britanna. Avus maternus JOHANNES Boddeker / Civis hujus reipublicæ primarius præfector templi Jacobæ, Vir integerrimæ vite negotiator, solers & industrius. Avia materna CATHARINA ab Engelsen Nobilis Britanna, que quidem suæ dignitatis condicionisq; pari nubere omnino potuisset, utpote instructa amplis satis facultatum præsidio, nisi purioris tum exorientis Lutherana religionis amore relinquere maluisset heredium suum & hoc commigrare ubi tum audivit primam à Cœlestissimo Viro DN. M. SCHLUTERO habitam in Petrino Cœmiterio eoncionem. Proavus paternus erat CAROLUS Sibeth. Proavia paterna MARGARETA ab Ingelstarbard ex nobilissima orta familia. Proavus maternus JACOB Froster. Proavia materna SOPHIA à Lesse. Abavus paternus HINRICUS Froster ab Ingelstarbard liberBaro & RegiBritannorum à Consiliis. Abavia paterna MARGARETHA à MUNTINGUNTRAI. Abavus maternus JOHANNES Froster. Abavia materna MARGARETHA à Lesse. Hoc sanguine inclitorum creta majorum, pientissimab. m. Matrona, sub ipsis pubescen-

pubescentis etatis annis subjici & quasi exponi coepit novare an-  
tis fortuna insultibus, dum cum charissimis parentibus, turbu-  
lento etate tempestate, certe crepero regni statu eo exigente, aliorum  
Nobilium securis exemplum secedere coacta est, & hoc commi-  
grare: ubi excepta est benevole & humaniter a matertera sua.  
MARGARETHA Boddefers / Viri optimi LAURENTII  
Siepser conjugae, ab hac studiofissime, & plane materna educta  
est cura, & sollicitudine, subq; ejus Magisterio pietatis preceptis  
reig; familiaris gerenda scientia est imbuta. Ceterum propria-  
denta Dei accidit, ut JACOB Carmon ex Nobilissima in-  
Britannia familia ortus, sed ex more illius regni primogenitu-  
r & commodorum ex sors, in has regiones & Urbem se penetraret,  
& prædictæ Siepsæ servire inciperet, quæ hujus eum integrata-  
te, tum solertia mota non tantum illi omnium rerum suarum  
regimen commisit & administrationem, quam impiger in defes-  
soque studio per universos 18 annos laudabiliter sustinuit, sed  
etiam hanc suam è sorore neptem p. d. MARGARETAM  
Anno 1596. nuptum elocavit. Fuit hoc conjugium, amabile,  
mirifice concors, discordiarum omnium, imo etiam fribuscum  
lorum immune & expers; sed & clarum multa satis prole, quippe  
genuit ex marito MARGARETHA p. d. X. liberos, quo-  
rum vetustissima omnium, copulata est matrimonio, PETRO  
LAUREMBERGIO, Professori quondam bujus Academia,  
satis famigerabili, que VI. liberorum numero, defunctam pri-  
ma, avie beavit dulcissimo nomine. Hanc sequebatur LAUREN-  
TIUS, cui cum destinati jam essent Senis in Italia summi in-  
Medica facultate honores, ibidem loci diem mortemq; obiit. III.  
CATHARINA. IV. ELISABETHA, utraq; fato brevis, & il-  
libatam virginitatem libitinæ inferens IV. JACOBUS qui su-  
perstitans versatur in mercemoniis excercendis, & XII. libero-  
rum procreatione familiam auxit. VI. HENRICUS VII. SO-  
PHIA, infantes mortui VIII. CHRISTINA JOHANNI  
BUKIO

BUKIO negotiatori & aromatario industrio nupta olim, nunc  
vidua, mater septem liberorum. IX. ANNA SOPHIA, quæ  
desponsata DAVIDI BUKIO, eximio hujus Civitatis muni-  
cipi & Mercatori, antequam in manum thalamumq; ejus veni-  
ret, in ipso etatis store morbo, est extincta; Carolus mortuus  
impubes. quis negaverit hoc matrimonium (fuisse fœcunditate  
insigne, cum quinquaginta & duo ex eo certe ejus Coiti occasio-  
ne sint prognati liberi. De cetero, vita sanctitatem & inno-  
centiam, pietatis studium summum, erga egenos & miserabi-  
les munificentiam, aliasq; quibus beata Matrona fulsist, Virtutes  
(cum non adeo in obscuro sint, aut bonos lateant) laudibus  
vehere aut prædicare supersedemus; illud diceremus stat, eam se-  
nior marcidam & exhaustarum jam dudum Virium, ipso ad-  
scensionis Christi die, feralem lethalemq; lectulum consendisse,  
mox languere adeo capisse, atq; deficere, ut accitus fuerit Vir Ex-  
cellentissimus DN. D. SEBASTIANUS Würdig Professor  
& Medicus Celebratissimus qui non procul pie defunctam abesse  
ab ultima necessitate, & fato suo candide Vaticinabatur, aut  
prænuntiabat; advocatus statim itidem admodum Reverendus  
DN. JOACHIMUS LINDEMANNUS, Ecclesiastes add.  
Mariae facundissimus fidissimusq; qui ea anima & mellitissimo epu-  
lo corpore & sanguine Jesupavit, quo quanta devotione, quam  
igneis & ardentissimis precibus fructa illa sit, ceu Confessiona-  
rius locuples ipse testis erit. Tandem exhalavit animulam,,  
placidissimeq; obdormivit ipso illo qui festum Pentecostes prece-  
debat die, V. matutina. Quæ fuerit pientissimæ hujus  
Matronæ origo, qui majores, quæ familiae felicitas & re-  
rum vicissitudo, quæ morunt pietas, quæ denique vitæ  
hujus, calamitatum infinita multitudine occupatæ, ca-  
taströphe, ex hisce, quatenus paginarum, & usitati pro-  
grammati mensura permittit, sic satis innotuit. Reapse  
enim, pie defuncta, experta est, Dei providentiam cun-  
cta mira-

Ita mirabiliter gubernare , pietatemq; erga Deum , &  
amorem erga proximum , ad omnia esse utilem , & habere  
promissionem præsentis & futuræ felicitatis . Nam bona  
terrestria , benedicente manu divina , largiter accepit , il-  
lorumque distributione nec in Deum fuit ingrata , nec si-  
bi suisque , quatenus honestatis ratio id exegit , quicquam  
denegavit , sed facultatibus cœlitus concessis , prudenter  
usa est . In timore etiam & vera Dei agnitione , unde fi-  
des salvifica suum esse habet , constanter , & sine ulla titu-  
batione , substituit , adeoque vitæ satira , & mortis , vel po-  
tius æternæ felicitatis , cupida , Anno ætat<sup>e</sup> suæ 88. inter  
preces ardentes & svavissimos suorum amplex<sup>o</sup> , cum nec  
vitæ humanæ communis terminus , nec Medicorum so-  
litors cura , longiores dies promitteret , placide expiravit ,  
& ex hac miseriарum valle , ac diversorio suspecto , ad cœ-  
lestes patriam , & congregationem fidelium migravit .  
Cum itaque hodiè , horā post meridiem primā , honestissimæ  
hujus Matronæ exanime corpus terræ matri sit man-  
dandum ; Omnes ac singulos Universitatis hujus Cives ,  
compellamus rogamusq; amice , & hortamur sedulo ,  
ut in templo beatæ Mariæ sacro frequentes confluant , hu-  
manitatemque , quam literati præ aliis sibi sumunt  
& tribuunt , in honestissimi hujus funeris dedu-  
ctione , publice testentur . Sub Sig. Rect.  
8. Junii Anno 1666.











BUKIO negotiatori & aromata  
 vidua, mater septem liberorum  
 despousata DAVIDI BUKIO,  
 cipi & Mercatori, antequam inn  
 ret, in ipso etatis flore morbo, est  
 impubes. quis negaverit hoc mat  
 insigne, cum quinquaginta & du  
 ne sint prognati liberi. De ceter  
 centiam, pietatis studium summi  
 les munificentiam, aliasq; quibus  
 tes (cum non adeo in obscuro sint  
 velere aut praedicare supersedemu  
 nio marcidam & exhaustarum ja  
 scensionis Christi die, feralem leth  
 mox languere adeo capisse, atq; defi  
 cillentissimus DN. D. SEBASTI  
 & Medicus Celebratissimus qui non  
 ab ultima necessitate, & fato suo  
 prænuntiabat; advocatus statim i  
 DN. JOACHIMUS LINDEN  
 Mariae secundissimus fidissimus q; q  
 lo corpore & sanguine Jesu pavit,  
 igneus & ardenterissimus precibus fr  
 rius locuples ipse testis erit. Tan  
 placidissimeq; obdormivit ipso illo  
 debat die, V. matutina. Quæ  
 Matronæ origo, qui majores,  
 rum vicissitudo, quæ morum  
 hujus, calamitatum infinita m  
 talrophe, ex hisce, quatenus p  
 grammatis mensura permittit,  
 enim, pie defuncta, experta e



pupia olim, nunc  
 SOPHIA, quæ  
 Civitatis muni  
 numq; ejus veni  
 carolus mortuus  
 uisse fecunditate  
 jus Coiti occasio  
 litatem & innov  
 os & miserabi  
 la fulsit, Virtu  
 teant laudibus  
 arestat, eam se  
 cirium, ipso ad  
 um consendisse,  
 us fuerit Vir Ex  
 ixdig Professor  
 defunctam abesse  
 cinabatur, aut  
 um Reverendus  
 Ecclesiastes add.  
 mellitissimo epi  
 evotione, quam  
 eu Confessiona  
 it animulam,  
 ntecosles prece  
 tissimæ hujus  
 felicitas & re  
 denique vitæ  
 occupatæ, ca  
 & usitati pro  
 totuit. Reapse  
 identiam cun  
 cta mira